Ego vero nolui permittere, ut sacellania alienis laboribus opprimeretur. Proinde coëgi illum, ut officium pastoris sic faceret, ne a se debita opera removeret in collegam sacellanum suum. Dixi præterea, præsentibus Boëtio præposito, Hieronimo Boldigk secretario, Olao Jenssen consule, ædilibus, ipsi Hechtio, ut disceret grammaticam ejusque fundamentalia, priusquam auderet pastorem gregis Christi agere. Deinde ut antea coepit Hechtius mihi invidere propter dona Dei mihi concessa tam artium quam theologiæ. Ego de hinc mólitus sum sæpe abiturum, nec occasionem veram habere potui, sed tamen bis terve resignavi illis.

[1561]

Fol. 36,1

Anno 1561. coepimus ambo admonere populum de dando oblatorio et funebrum concionum mercede. Hoc ægre tulerunt multi contemptores. Item graviter taxavi ædiles Hieronimum et Olaum ob infidelitatem et lapides templi et chori dispersos in suum commodum. Hinc Hieronimus et Olaus malevolentiam insignemque invidentiam conceperunt in me adjunctoque sibi Boëtio deliberarunt in suis arcanis consiliis de me contemptim dimittendo. Ego hoc olfaciens ipsis resignavi primus, petens etiam a Boëtio testimonium doctrinæ et vitæ mihi dari. Sed hanc meam resignationem pro sufficientia non acceperunt.

29. Decembris anno 1561 adfuerunt in bibliotheca Haderslebensis magister Georgius Boëtius præpositus, Hieronimus Boldigk ducis nostri secretarius ac ædilis templi, Nis Lunt consul, Olaus Jenssen ædilis et consul, Wilhatz Knutzen, Clawes Pouelssen, Jurgen Claussen senatores, Hans Lunding stadtvogt, Jurgen

1561

Fol. 36,2

Stromessen, Jes Simenssen, Clawes Anckerssen, Matz Iwerssen, Jacob Goldsmit et Jurgen Werckmester.

Den 6. oktober prædikede hr. Johannes Hecht for første gang i Haderslev og blev indført som sognepræst i denne menighed. Senere begyndte han hovmodigt at skyde messesangen foran alteret og lig-prædikenerne fra sig over på mig.

Jeg vilde derimod ikke tillade, at kapellanembedet blev bebyrdet med andre tilkommende arbejde. Jeg lagde derfor pres på ham for at han skulde varetage sognepræstens embede på en sådan måde, at han ikke overflyttede forpligtelser fra sig til sin kollega kapellanen. Jeg sagde desuden i nærværelse af provst Boie og kirkeværgerne sekretær Hieronymus Boldigk og borgmester Olaus Jensen til Hecht selv, at han skulde lære grammatikken og dens grundbegreber, før han dristede sig til at være hyrde for Kristi hjord. Derefter begyndte Hecht at se skævt til mig, som før, på grund af de mig af Gud forlenede gaver såvel m. h. t. de frie kunster som teologien. Jeg havde derefter ofte i sinde at gå af, men kunde ikke finde en rigtig anledning til det; jeg gav dem dog to eller tre gange en opsigelse.

[1561]

Blad 36,1

År 1561 begyndte vi begge at opfordre folk til at give offer og betale for ligprædikener. Det tog mange foragtere ilde op. Endvidere revsede jeg alvorligt kirkeværgerne Hieronymus og Olaus for deres utroskab og fordi sten fra kirken og koret var strøet omkring til deres fordel. Derfor fattede Hieronymus og Olaus et ondt sind og slemt nag til mig, og efter at have fået Boie på deres side, overvejede de i deres hemmelige rådslagninger at få mig forsmædeligt afskediget. Da jeg fik nys om det, kom jeg dem i forkøbet og gav dem en opsigelse, idet jeg også bad om, at der af Boie måtte blive givet mig et vidnesbyrd om lære og vandel. Men denne min opsigelse godkendte de ikke som tilstrækkelig.

Den 29. december i året 1561 var til stede i Haderslev bibliotek^{79a}: magister provst Jørgen Boie, vor hertugs sekretær og kirkeværge Hieronymus Boldigk, borgmester Nis Lund, kirkeværge og borgmester Olaus Jensen, rådmændene Villads Knutzen, Claus Paulsen og Jørgen Clausen, byfoged Hans Lunding, Jørgen

1561

Blad 36,2

Strømesen, Jes Simonsen⁸⁰, Claus Ankersen⁸¹, Matz Iversen, Jacob Goldschmidt og Jørgen Werckmester⁸⁰.

Aderat Hechtius in bibliotheca, ego etiam vocatus veni eo, ubi tunc Olaus consul habuit orationem quam impiissime ac ineptissime contra ministerium evangelii et sustentationem ministrorum, quia nos docuimus illos debere offertorium et alia accidentalia suppeditare. Quod negarunt se facere velle, additis improbis verbis. Olaus bis pronuntiavit se habere 3 portas civitatis, per quas discedat, qui suo stipendio non est contentus. Johannes Hechtius meticulose respondit, rogicans ob remissionem. Ego objurgavi eum ob levitatem istam et inanem metum dicens: Quid tu vis Sathanæ et mendaciis adulari et gratiam a diabolo rogare, cum vera docueris? Ego autem dixi esse mandatum Christi Matthæi x, ut operarius habeat mercedem suam. Item 1. Cor. 9: Dominus ordinavit, ut qui evangelio inserviunt, ex evangelio vivant.

1562

Fol. 37,1

Quapropter ob eorum insignem malevolentiam, improbitatem ac contemptum verbi Dei illico resignavi illis hanc functionem sacellanæ laboriosissimam. Hoc doluit aliquibus eorum ac conabantur me dehortari ab renunciatione vel recantare. Respondi me serio animo illis resignasse meque hoc servaturum, quia me, inquam, non contempserunt, sed ipsum Christum Lucæ x dicentem: Qui vos contemnit, me contemnit. Valeant ergo hii 3 portarum monstratores!

2. Februarii 1562 allocutus est Hechtius me de suscipienda functione in coenobio monialium Pretz. Nam Albertus Droxes nobilis rogavit eum, ut mihi persuaderet. Verum ego multa considerans nolui illam functionem in me recipere, quia satis laboriosa, ad hæc periculosa videbatur.

3. Februarii cives hii convenerant in domo affinis mei Matthiæ Werckmester: Wilhatz Knutzen senator, Matz Iwerssen sandman, Jacob Goltsmit, Thomas Goltsmit, Jacob Oudssen, Hans Matzen, Hans Knutzen, Jes Schröder. Hii per puerum me vocantes rogarunt obnixè, ut vellem manere, quia tota ecclesia et multitudo me ægerime dimittere volunt.

Hecht var til stede i biblioteket, og jeg blev også tilkaldt og kom derhen, hvor borgmester Olaus da højst uærbødigt og upassende holdt en tale imod evangeliets præsteskab og præsternes underhold, fordi vi har belært dem om deres pligt til at give offer og andre accidenser. Det nægtede de, med tilføjelse af uforskammede ord, at ville gøre. Olaus udtalte to gange, at han havde tre byporte, ad hvilke den, der ikke var tilfreds med sin løn, kunde forsvinde. Johannes Hecht svarede ængsteligt, idet han bad om at lade sagen falde. Jeg bebrejdede ham denne holdningsløshed og tåbelige frygt, idet jeg sagde: »Hvorfor vil du smigre for Satan og løgn og begære tak af Djævelen, når du har fremstillet de virkelige forhold? Jeg derimod har sagt, at det er Kristi bud i Matthæus 10, at en arbejder skal have sin løn. Endvidere 1. Kor. 9: Herren har bestemt, at de, der står i evangeliets tjeneste, skal leve af evangeliet.«

1562

Blad 37,1

Jeg gav dem derfor på grund af deres åbenbare vrangvilje, uforskammedhed og foragt for Guds ord på stedet en opsigelse af dette meget besværlige kapellanembede. Det var nogle af dem kede af, og de prøvede på at overtale mig til at afstå fra opsigelsen eller trække den tilbage. Jeg svarede, at jeg i ramme alvor havde givet dem opsigelsen og vilde fastholde den, for de har, siger jeg, ikke foragtet mig, men Kristus, som i Lukas 10 siger: Hvem der foragter jer, foragter mig. Lad derfor dem, der har henvist til de tre porte, have det så godt!

Den 2. februar 1562 talte Hecht til mig om at overtage en stilling i nonneklosteret i Preetz, for adelsmanden Albert Truchsess⁸² havde bedt ham om at overtale mig til det. Men jeg vilde, efter overvejelse af mange ting, ikke påtage mig denne stilling, fordi den var temmelig besværlig og desuden også syntes at være forbundet med fare.

Den 3. februar kom følgende borgere sammen i min svoger Mathias Werckmesters hus: Rådmand Villads Knutzen, sandemand Matz Iversen, Jacob Goldschmidt, Thomas Goldschmidt, Jacob Outzen⁸³, Hans Matzen, Hans Knutzen, Jes Schröder. Disse tilkaldte mig ved et bud og bad mig indstændigt om at ville blive, fordi hele menigheden og den talrige almue^{83a} nødigt vilde lade mig fare.

16. Februarii conserens mecum Albertus Droxes de ædilibus varia dixit et obtulit mihi functionem pastoratus in Pretz, commemorans stipendium et sustentationem ejus.

18. Februarii dixit Boëtius mihi per puerum vocato, quod princeps mihi bene vellet et faveat et se bonam mei mentionem fecisse coram principe simulque intercessionem, attestante Hieronimo Boldigk secretario, quem ait mihi favere.

Postea obtulit mihi paroeciam et pastoratum in Bruggkercke prope Borsholm. Cæterum propter varias causas et exiguam sustentationem ejusdem functionis non recepi, nimirum persuasus a Georgio Bavaro et aliis.

23. Februarii allocutus est Boëtius principem pro me astantibus Georgio Bavaro et Hieronimo secretariis. Respondit princeps se totam potestatem instituendi committere ipsi Boëtio; quodcumque prima paroecia vacaverit, quæ mihi placuerit, in tota ditione ejus, illum me habiturum (Deo dante) ex verbis principis promisit.

Hæc tam insignia verba promissionis nostri ducis Johannis narravit mihi magister Georgius Boëtius, ter data manu nomine principis, qui, inquit, etiamsi abesset tempore vocationis, tamen commisit mihi princeps illam potestatem te vocandi et substituendi in illam paroeciam, quæ primo quoque die juxta Dei voluntatem vacaverit. Ideoque gratias egi Boëtio gratumque me fore promisi. Fiat voluntas Dei. Hieronimus mihi idem postea narravit, Boëtium habere mandatum et promissionem principis de me primum instituendo. Quam fideliter Boëtius juxta datum mihi decies juramentum servaverit hoc, reddat ipse Deo rationem.

26. Martii conveni illustrissimum principem ducem Holzatiæ Johannem upper nabbe, qui mihi quam benignissime ac clementissime respondit conquerenti de contemptoribus Dei, qui monstrarunt 3 portas pastoribus. Alubi verba principis germanica annotavi: Ick kenne das Volcksken woll, es ist ein frömike; was haben se meinen prestern zuvorweisen? Ich will euch aus meinem lande nicht verlassen.

Den 16. februar sagde Albert Truchsess, som optog sagen med mig, adskilligt om kirkeværgerne og tilbød mig en stilling i sognepræsteembedet i Preetz, idet han nævnte dets løn og andre ydelser til underhold.

Den 18. februar sagde Boie til mig, som var tilkaldt ved et bud, at fyrsten vilde mig vel og var venligsindet mod mig, og at han havde omtalt mig vel hos fyrsten og samtidig sagt god for mig, hvorpå sekretær Hieronymus Boldigk, som han siger er mig venligsindet, var vidne.

Derpå tilbød han mig menigheden og sognepræsteembedet i Brügge i nærheden af Bordesholm. Løvrigt tog jeg af forskellige grunde og på grund af de ringe ydelser til underhold ved denne stilling ikke imod den. Selvfølgelig var han overtalt til det af Georg Beyer og andre⁸⁴.

Den 23. februar talte Boie for mig til fyrsten i nærværelse af sekretærene Georg Beyer⁸⁵ og Hieronymus. Fyrsten svarede, at han overdrog al beføjelse til ansættelse til Boie selv; han lovede, at når som helst den første menighed inden for hele hans område, som behagede mig, vilde være blevet ledig, skulde jeg, om det behagede Gud, få den ifølge fyrstens ord.

Disse vor hertug Hans' tilsagns så tydelige ord fortalte magister Jørgen Boie mig, idet han tre gange gav mig hånden på fyrstens vegne, »som,« sagde han, »selv om fyrsten på kaldelsens tidspunkt skulde være fraværende, har overdraget mig beføjelsen til at kalde og substituere dig i den menighed, der når som helst med det første efter Guds vilje vil være blevet ledig.« Jeg sagde derfor Boie tak og lovede at ville være erkendtlig. Ske Guds vilje! Det samme fortalte Hieronymus mig senere, at Boie havde fyrstens mandat til og løfte om at ansætte mig som den første. Hvor troligt Boie ifølge det mig ti gange givne edelige tilsagn har holdt dette, derfor må han selv gøre Gud regnskab.

Den 26. marts traf jeg den durchlauchtige fyrste hertug Hans af Holsten på Naffet; da jeg klagede over de gudsforagtere, som anviste præsterne de tre porte, svarede han mig højest velvilligt og allernådigst. Jeg har optegnet fyrstens tyske ord andetsteds: »Jeg kender nok de folkens; de er nogen spytslikkere⁸⁶. Hvad har de at udsætte på mine præster? Jeg vil ikke lade jer forlade mit land.«

Postea vocato mihi per puerum Boëtius dixit se pro me cum principe contulisse, qui nollet me discedere aliquo. Respondi: Si firmum fidei et amicitiae fundamentum in te esset erga me, ego dudum accepissem 40 marcas additas, quas etiam princeps libenter concessisset; imo et bonam paroeciam accepissem multo ante, si tu et Hieronimus aliique mei osores in aula ex livore atque malevolentia non impedieritis. Sic experior in ore multorum amicorum mel esse, in corde fel. Sit Deus horum iudex!

Anno 1562. 31. Martii vocarunt me in templum Matz Werckmester, Matz Iwerssen, Hans Lassen, Jes Schröder, Peter Schriver, Laurs Schröder, Jurgen Schröder, Clawes Schröder, Simen Goltsmitt et Johan Overscherer. Hii rogarunt propter Deum, ut vellem manere annum. Respondi: Cum me propter Deum ita obnixè rogetis, volo ergo usque ad uberiorem sustentationem, si modo denuo legit-

Fol. 39,1

time vocatus fuero, auxerint stipendium et domum curarint instaurari. Responderunt se hoc facturos. Cras, inquit, convenimus cum tota multitudine, quæ nullo modo me dimittere vellet, etiamsi aliqui coram principe mentiti essent totam rempublicam me nolle recipere, quæ postea cum lachrymis dolorem suum declararunt.

1. Aprilis convenerunt bis in templo 80 viri, primarii cives, consultantes, ut me retinerent atque principi indicarent suum mærorem ob meum abitum; accesserunt 30 viri suadentes supplicem libellum componendum ad principem de me recipiendo denuoque vocando.

2. Aprilis denuo me nesciente plures quam 100 cives, quorum aliqui consularunt primum magistrum Georgium Boëtium conveniendum esse quam supplicarent principi.

3. Aprilis 4 cives ex jussu totius reipublicæ allocuti sunt Boëtium, qui satis impie ac tyrannice illis respondit. O sanctam amicitiam Boëtii erga me, quam antea toties juramento confirmavit.

Senere sagde Boie til mig, som han havde tilkaldt ved et bud, at han til fordel for mig havde haft en samtale med fyrsten, som ikke vilde lade mig drage bort nogetstedshen. Jeg svarede: »Hvis der var et fast grundlag i dig for troskab og vennesind mod mig, havde jeg for længe siden fået tillagt 40 mark, som fyrsten villigt vilde have tilstået mig; jeg vilde endda for længst have fået et godt pastorat, hvis ikke du og Hieronymus og andre, som hader mig, af misundelse og ondsindethed havde forhindret det ved hoffet.« Således erfarer jeg, at der i mange venners mund er honning, men i hjertet gift og galde. Lad Gud være deres dommer!

Den 31. marts i året 1562 kaldte Matz Werckmester, Matz Iversen, Hans Lassen, Jes Schröder, Peter Skriver, Laurs Schröder, Jørgen Schröder, Claus Schröder, Simon Goldschmidt og Johan Overscher⁸⁷ mig til kirken. Disse bad mig for Guds skyld om at ville blive et år. Jeg svarede: »Da I for Guds skyld så indtrængende beder mig, vil jeg altså blive, til jeg får et rigeligere levebrød, hvis jeg kun igen

bliver retmæssigt kaldet, de forhøjer min løn og sørger for at huset bliver istandsat.« De svarede, at det vilde de gøre. »I morgen,« sagde de, »vil vi komme sammen med hele almuen«, som på ingen måde vil lade mig gå, skønt nogle hos fyrsten løgnagtigt har sagt, at hele bysamfundet ikke vil antage mig; de har senere med tårer udtrykt deres beklagelse.

Den 1. april kom 80 mænd, de fornemste borgere, to gange sammen i kirken til rådslagning om at beholde mig og at tilkendegive fyrsten deres sorg over min afgang; 30 mænd gav deres tilslutning og rådede til at affatte et bønsskrift til fyrsten om at antage og på ny kalde mig.

Den 2. april [kom] uden mit vidende atter flere end 100 borgere [sammen], af hvilke nogle rådede til først at mødes med Jørgen Boie, før man bønffaldt fyrsten.

Den 3. april kom fire borgere på hele bysamfundets vegne med en anmodning til Boie, som gav dem et temmelig uærbødigt og tyrannisk svar. O hellige vennesind hos Boie mod mig, som han før så mange gange med ed har forsikret mig om!

Post meridiem vocati sunt cives ad Boëtium, Hieronimum, Olaum, Hechtium, qui graviter expostularunt cum civibus. Ideoque ex sua malevolentia et ira miserunt Greis ædituum ad me, ut migrarem ex domo sacellaniæ. Sic me tam honorifice expellere vel potius suspendere conabantur.

4. Aprilis hora 8. plurimi cives de me vocando ac retinendo consularunt. Hora 9. vocatus a Boëtio per ancillam dixi de ipsius infidelitate atque amarulentia. Ipse dixit de specie seditionis. Respondi ei satis strenue et graviter refutavi ejus obtrectationem.

Cives compleverunt supplicem libellum, quem prælegerunt præfecto Laurentio Wensin, insigni meo osori, qui astute dixit se omnia principii oretenus narraturum 5. Aprilis, videlicet ut impediret eorum conatus. Multi cives deambularunt upper nabbe cernente principe, ut traderent ei supplicationem. Sed nihil effectum est. Sic itaque cum suo probro cives non ausi sunt principem alloqui neque supplicationem tradere, ut discam in posterum hominibus non

certam fidem habere, juxta illud Jere. 17: Maledictus, qui confidit hominibus; sed benedictus, qui Domino nostro Christo, nostro Immanueli confidit.

Epilogus. Idcirco his osorum meorum odiis et astutis consiliis impedita est legitima vocatio ecclesiæ Dei, qua volebant me retinere apud sese cives. Quam pie fecerint mei inimici in hoc, ipsi satis duram Deo sunt reddituri rationem.

1562. 6. Aprilis mea bona atque suppellectilia sunt devecta in domum fratris, apud quem hospitium habui usque ad mensem Junium; cibum potumque meis pecuniis comparavi.

Collegi interim omnes conciones meas, quas in suggestu Haderslebensi habui, et etiam funebres conciones conscriptas servo, ut habito majori otio, Deo volente et dante, disponam pro me ipso omnes meas conciones germanice et danice tractatas in propriam postillam domesticam juxta rationem et methodum dialectices.

Efter middag blev borgerne kaldt til Boie, Hieronymus, Olaus og Hecht, som satte dem strengt i rette. I deres ondsindethed og vrede sendte de derfor degnen Grejs⁸⁸ til mig med bud om, at jeg skulde forlade kapellanboligen. På den måde prøvede de på at jage mig så ærefuldt bort eller, rettere sagt, 'hænge mig.'

Den 4. april rådslog de fleste af borgerne om at kalde og beholde mig. Kl. 9, da jeg ved en tjenestepige var blevet tilkaldt af Boie, sagde jeg noget om hans troløshed og bitterhed. Han sagde noget om et slags oprør. Jeg svarede ham temmelig kraftigt og afviste strengt hans nedsættende bemærkninger.

Borgerne udfærdigede bønskriftet, som de læste for amtmænd Lorenz Wensin⁸⁹, min værste hader, som snu sagde, at han mundtligt vilde berette alt til fyrsten den 5. april, nemlig for at forhindre deres forehavende. Mange borgere gik omkring på Naffet i fyrstens påsyn for at overgive ham bønskriftet. Men der blev ikke udrettet noget. Således vovede borgerne altså ikke, til skam for dem, at tiltale fyrsten eller overgive deres bønskrift, for at jeg skulde lære i fremtiden ikke

at stole fast på mennesker, efter det ord i Jer. 17: »Forbandet være den mand, som stoler på mennesker«; men salig er den, som sætter sin lid til vor Herre Kristus, vor Immanuel.

Efterskrift. Derfor er ved disse mine fjenders had og snu råd Guds kirkes retmæssige kaldelse, ved hvilken borgerne vilde beholde mig hos sig, blevet forhindret. Hvor fromt mine fjender har handlet heri, derom skal de på fyldestgørende måde aflægge strengt regnskab til Gud.

Den 6. april 1562 blev mine ejendele og husgeråd bragt til min broders hus, hos hvem jeg havde ophold til juni måned; mad og drikke sørgede jeg for med mine egne penge.

Imidlertid samlede jeg alle mine prædikener, som jeg har holdt fra prædikestolen i Haderslev, og jeg opbevarer også mine skrevne ligprædikener for, når der står mere tid til rådighed, om Gud vil og giver lykke til det, for mig selv at ordne alle mine prædikener holdt på tysk og dansk til en særlig huspostil efter logikkens system og metode.

PROFECTIO MEA HAPHNIAM VERSUS

in nomine Sanctissimæ Trinitatis confecta anno Domini 1562.

16. Junii vectus sum trajectum nostrum Øresundt, a quo solventes venimus tho Asnes, ubi apud pastorem dominum Petrum hospitatus sum.

17. Junii veni Otthoniam ad domum pastoris magistri Georgii.

18. Junii priorem monasterii rogavi de curru concedendo, sed fefellit me. Conducens ergo vehiculum veni Neoburgum multo vesperi ad domum pastoris domini Laurentii, qui tunc non fuit domi, attamen ægrota uxor ejus concessit mihi lectum.

19. Junii transvectus sum Mare Balticum vento commodissimo marique tranquillo sine periculo; Deo sit gloria! Clawes Daa, nobilis senex, varia mecum contulit et exposuit pro me. Venimus tho Korsør ad domum ignari pastoris Her Jens.

1562

Fol. 41,1

Conduxi mihi currum usque ad coenobium Andersschoo, 2 miliaria. Eodem contemplandi gratia deambulavi in oppido Slayls, ubi Hr. Jens Lerck et Hr. Jurgen erant pastores. Pernoctavi in illo amplo monasterio Anderschoo apud lectorem magistrum Bertoldum, contemptus sum idem monasterium ejusque amplitudinem.

20. Junii pransus sum apud priorem magistrum Niels et alios sacerdotes, quibus varia narraui de Anglia, Germania et incendio Haderslebensis. Vectus sum 2 miliaria usque ad insigne monasterium Zoar ad abbatem Olaum Laurssen, qui liberaliter me tractavit, coenatus sum apud eundem et magistrum Martinum lectorem, in cujus domo pernoctavi.

21. Junii diem totum consumpsi ibidem ex rogatu abbatis et Martini, qui eo die primam missam cantavit. Magnum convivium paratum est, in quo more pejus porcino Selandii vorarunt et potarunt toto die. Adfuit invitatus magister Franciscus abbas ex Ringstedt, qui promisit mihi currum.

1562

Fol. 41,2

22. Junii discessi versus monasterium Ringstedt, ubi abbas dixit de æditis libris, quibus (inquit) contenti simus. Ego respondi me exhor-

MIN REJSE TIL KØBENHAVN

i den højhellige Treenigheds navn i det Herrens år 1562.

Den 16. juni begav jeg mig til vort overfartssted Årøsumd, hvorfra vi afsejlede og kom til Assens; her var jeg gæst hos sognepræsten hr. Peter⁹⁰.

Den 17. juni kom jeg til Odense til sognepræst magister Georgs hus⁹¹.

Den 18. juni bad jeg klosterets prior⁹² om at overlade mig en vogn, men han lod mig i stikken. Jeg lejede så en vogn og kom sent om aftenen til Nyborg til sognepræst hr. Laurentius⁹³ hus; han var på det tidspunkt ikke hjemme, men alligevel overlod hans syge hustru mig en seng.

Den 19. juni blev jeg, da vinden var gunstig og søen stille, uden fare sat over Storebælt⁹⁴; ære være Gud! Claus Daa⁹⁵, en gammel adelsmand, underholdt sig med mig om forskellige ting og forklarede dem for mig. Vi kom til Korsør til den mig ubekendte sognepræst hr. Jens⁹⁶ hus.

1562

Blad 41,1

Jeg lejede en vogn til mig til Antvorskov kloster, 2 mil. Dér gik jeg, for at se mig om, omkring i byen Slagelse, hvor hr. Jens Lerck og hr. Jørgen⁹⁷ var sognepræster. Jeg overnattede i dette store Antvorskov kloster hos lektor magister Bertel⁹⁸; jeg besøgte selve klosteret og dets udstrækning.

Den 20. juni spiste jeg frokost hos prioren magister Niels⁹⁹ sammen med andre præster, som jeg fortalte forskellige ting om England, Tyskland og ildebranden i Haderslev¹⁰⁰. Jeg blev befordret 2 mil til det betydelige kloster Sorø til abbed Olaus Laursen¹⁰¹, som behandlede mig venligt; jeg spiste middag hos ham sammen med lektor magister Martin¹⁰², i hvis hus jeg overnattede.

Den 21. juni tilbragte jeg hele dagen dér efter indbydelse fra abbeden og Martin, som den dag sang sin første messe. Der blev anstillet et stort gilde, ved hvilket disse sjællændere åd og drak hele dagen på en værre end svinsk måde. Som indbudt gæst var abbed magister Franciscus¹⁰³ fra Ringsted til stede; han lovede mig en vogn.

1562

Blad 41,2

Den 22. juni rejste jeg videre til Ringsted, hvor abbeden talte om udkomne bøger¹⁰⁴, »med hvilke,« sagde han, »vi kan være til-

rescere atque detestari omnes errores Suinglianorum, Anabaptistarum omniumque hæreticorum. Aliqua, inquam, scripta ac cantica pia edam in lucem, quæ primum ostendam piis atque doctis viris examinanda.

His auditis conticuit inquiring: Cras habebis vehiculum usque Roskild.

23. Junii veni per 4 miliaria Roskildium, ubi scaturigines varias unius fontis vidi, unde etiam urbs nomen sortitur. Locutus sum ibidem Jacobo Lunt in carcere ægrotanti mente; Deus sanet eum. Pernoctavi apud pastorem magistrum Petrum, qui et lectorem agit meque liberaliter tractavit.

24. Junii die Joannis Baptistæ post primam concionem auditam Roskildii veni Haphniam cum scriba von Bisbgardenn in curru vectus. Inveni ibidem incolumis ex gratia Dei incolumem fratrem cum conjugē et liberis tribus.

1562

Fol. 42,1

Hospitium apud fratrem meum Petrum habui per 3 septimanas, ubi multa consumpsi. Interdiu audivi lectiones doctoris Hemmingii, doctoris Erasmi Læti, doctoris Knopperi et aliorum professorum philosophicas prælectiones.

26. Junii rogavit me doctor Johannes Ripensis, consanguineus meus, ut ad prandium venirem. In plateis vocavit me episcopus Selandiæ magister Johannes Alberti ad prandium. Veni ergo cum doctore Johanne ac disputavi cum magistro Johanne Monasteriensi de columba Spiritus Sancti, quam affirmat Tertullianus corporalem fuisse. Vesperi coenatus sum apud doctorem Albertum Knopperum, cum quo varia contuli.

27. Junii disputavi publice et acriter cum magistro Johanne Sasceride, præside thematum, de fontibus consolationum ex theologia et philosophia. Sascerides non potuit mihi satisfacere. Ergo coepit doctor Hemmingius respondere, qui non satis etiam solvit. Adfuerunt doctor Knopperus, doctor medicinæ Elias, doctor theologiæ Erasmus Lætus, magister Johan Monasteriensis, magister Johan pastor aliique plures professores. Knopperus dixit Læto clanculum: Hemmingius jam habet acutum antagonistam et disputatorem.

freds.« Jeg svarede, at jeg var forfærdet over og afskyede alle zwinglianernes, gendøbernes og alle vranglæreres vildfarelser. »Jeg vil,« sagde jeg, »offentliggøre nogle skrifter og gudelige sange, som jeg først vil vise fromme og lærde mænd til bedømmelse.«

Da han hørte det, tav han og sagde: »I morgen skal du få en vogn til Roskilde.«

Den 23. juni kom jeg 4 mils vej til Roskilde, hvor jeg så de forskellige væld af den ene kilde, efter hvilken byen også har sit navn. Jeg talte dér med den sindssyge Jacob Lund i fængslet; Gud gøre ham rask! Jeg overnattede hos sognepræst magister Peter¹⁰⁵, som også er lektor og behandlede mig venligt.

Den 24. juni, Skt. Hansdag, kom jeg, efter at have hørt froprædikenen i Roskilde, til København, befordret i vogn sammen med skriveren fra bispegården. Jeg fandt dér, i god behold, ved Guds nåde også min broder i god behold sammen med hans hustru og tre børn.

1562

Blad 42,1

Jeg havde i tre uger herberg hos min broder Peter, hvor jeg brugte mange penge. Om dagen hørte jeg forelæsninger ved doktor Hemmingsen¹⁰⁶, doktor Rasmus Glad¹⁰⁷, doktor Knoppert¹⁰⁸ og andre professorers filosofiske forelæsninger.

Den 26. juni indbød min slægtning doktor Johannes Ripensis¹⁰⁹ mig til at komme til frokost. På gaden indbød Sjællands biskop magister Hans Albertsen¹¹⁰ mig til frokost. Jeg kom altså sammen med doktor Johannes og disputerede med magister Hans Mynster¹¹¹ om Helligåndens due, som Tertullian påstår at have været af stoflig art. Om aftenen spiste jeg hos doktor Albert Knoppert, med hvem jeg samtalte om forskellige ting.

Den 27. juni disputerede jeg offentligt og skarpt med magister Johannes Sascrides¹¹², præses for disputatser, om kilderne til trøst ud fra teologien og filosofien. Sascrides kunde ikke overbevise mig. Derfor begyndte doktor Hemmingsen at svare; han kunde heller ikke klare det på en tilfredsstillende måde. Til stede var doktor Knoppert, dr. med. Elias¹¹³, dr. theol. Rasmus Glad, magister Hans Mynster, sognepræst magister Johan¹¹⁴ og flere andre professorer. Knoppert sagde hemmeligt til Glad: »Hemmingsen har nu en skrap modstander og disputator.«

Themata 21 Johannis Sascericidis impressa emi Haphniæ. Meas itidem disputationes ac oppositiones alubi conscriptas habeo.

8. Julii misit mihi dono doctor Nicolaus Hemmingius suas propositiones, quas vocat assertiones de operibus charitatis et officio cujusque in sua vocatione. Misi vero Boëtio cætera themata ejus. Eodem 8. Julii publice disputavi quam gravissime cum Hemmingio, qui non satis etiam mihi respondere poterat, ut doctor Knopperus, doctor Lætus, doctor Elias plurimique professores mirarentur Hemmingium ita turbatum vacillare. Disputationis hujus ac oppositionis argumenta et syllogismos alubi habeo.

14. conveni cum vidua quadam nomine Thale ut qualibet septimana $\frac{1}{2}$ dalerum pro cibo, potu et cubiculo (15. primum pransus sum ibidem), apud quam hospitatus sum usque 28. Julii. Huic satisfeci grato animo ante discessum meum.

13. Julii mane collocutus sum cum doctore Nicolao Hemmingio in suo pomario, ostendens ei varia testimonia mea. Postea admonui eum modeste ac humiliter de verbis atque sententia sua, quam affirmavit in lectionibus suis unice veram esse: Quod verba Christi in coena sua solummodo ad homines et sumentes spectarent, non ad elementum panis et vini. Hoc, inquam, acutissimum Suinglianorum argumentum est, ut noceant ecclesiæ Christi. Respondit mihi satis morose atque torve. Ego nihil moratus ipsius morositatem atque ἀφίλαγαθίαν dixi ei: Ne pergas ita turbare ecclesiam Dei in hoc regno. Tam acris inter nos fuit disceptatio, ut ipse contra meos syllogismos ex verbis Christi collectos nequiverit verbulum respondere, ut ipsius studiosi habitantes in domo ejus satis mirarentur. Tandem data manu egit mihi gratias pro pia informatione. Argumenta mea hujus colloquii alubi conscripta reservo. Christus avertat omnem conatum diaboli regatque nos Spiritu Sancto suo, ut in suo puro evangelii textu perseveremus humiles et constantes ad vitam æternam. Amen.

Jeg købte i København Johannes Sascerides' 21 trykte disputater¹¹⁵. Jeg har ligeledes mine disputater og modindlæg opskrevet andetsteds.

Den 8. juli sendte doktor Niels Hemmingsen mig som en foræring sine teser, som han kalder 'Forsvar for kærlighedens gerninger og enhvers pligt i sit kald'¹¹⁶. Jeg sendte endvidere Boie hans øvrige teser. Samme dag, den 8. juli, havde jeg en vældig offentlig disputats med Hemmingsen, som ikke kunde give mig fyldestgørende svar, så doktor Knoppert, doktor Glad, doktor Elias og de fleste professorer undrede sig over, at Hemmingsen så forvirret vaklede. Argumenterne og følgeslutningerne fra denne disputats og modpartens indlæg har jeg andetsteds.

Den 14. kom jeg overens med en vis enke ved navn Thale om ca. 1/2 daler om ugen for mad, drikke og kammer (den 15. spiste jeg for første gang frokost dér); hos hende var jeg gæst til den 28. juli. Før min afrejse betalte jeg hende med et taknemmeligt sind.

Den 13. juli om morgenen havde jeg en samtale med doktor Niels Hemmingsen i dennes frugthave og viste ham flere af mine vidnesbyrd. Derpå mindede jeg ham beskeden og ydmygt om hans ord og påstand, som han i sine forelæsninger har hævdet at være det eneste rigtige: at Kristi ord i hans nadver kun tager sigte på mennesker og de nydende, ikke brødet og vinens stof. »Dette,« sagde jeg, »er zwinglianernes spidsfindigste argument til skade for Kristi kirke.« Han svarede mig temmelig gnavent og barskt. Jeg sagde, uden at opholde mig videre ved hans gnavenhed og ukærlighed, til ham: »Bliv ikke ved med således at forstyrre Guds kirke i dette rige.« Så skarp en diskussion blev der mellem os, at han mod mine fra Kristi ord hentede følgeslutninger ikke kunde svare et eneste ord, så hans studenter, der boede i hans hus, blev temmelig forundrede. Til sidst gav han mig hånden og sagde mig tak for behagelig oplysning. Mine argumenter i denne samtale opbevarer jeg skriftligt andetsteds. Kristus afvende ethvert Djævelens angreb og styre os ved sin Helligånd, så vi ydmyge og standhaftige bliver ved hans evangeliums rene ord til evigt liv! Amen.

Hac æstate ferunt 40 homines impotes mentis fuisse Haphniæ.

1562. 27. Julii hora 7. in lectione doctoris Erasmi Læti horror mortis invasit cor meum. Postea spirituales tentationes diabolus instillavit, quas Deus repulit juxta meam precationem.

28. Julii denuo coepit me diabolus quam acerrime tentare de prædestinatione et æterna vita, sed superavi eum verbo et promissionibus Christi. Ideoque valedicens hospitæ ac satisfaciens discessi Haphnia salvus venique Roskildium ad domum magistri Petri pastoris. Noctu passus sum varias Sathanæ tentationes, e quibus me Deus liberavit juxta precationes.

30. Julii veni ad monasterium Ringstedt, in via composui cationem ad Fredericum regem Daniæ. Noctu mirabilem habui extasin de variis rebus et, ut mihi videbatur, sanctis; scripsi aliquid in pariete apud lectum.

1562

Fol. 44,1

1. Augusti veni ad coenobium Zoar ad Martinum lectorem, cui narravi sententiam Hemmingii, quem ipse voluit defendere. Eodem deambulavi in templo legens in græcolatino testamento; serpentem vidi in area, quem statim conculcavi, nec potui eum postea reperire.

2. Augusti veni ad monasterium Andersko, ubi fui in magna extasi noctu. Mane valde infirmus in horto gladium meum fregi. Eodem veni Korsør et in via aliquot daleros amisi.

In Korsør fui valde infirmus; audivi senem illum asinum hr. Jens concionantem, cui tradidi multos daleros et 18 aureos servandos. Quantam fidem mihi in hoc præstiterit, reddat ipse Deo rationem. Nam recepi tantum 12 daleros et 7 aureos, cum multo plures ipsius fidei tradiderim.

Trajeci Mare Balticum non tam graviter infirmus ac veni Neoburgum ad domum domini Laurentii, ubi pernoctavi. Postero die conduxi mihi currum cum famulo meo Andrea per Othoniam usque Assens.

1562

Fol. 44,2

5. Augusti vesperi veni ad domum domini Petri pastoris infirmus; in itinere prope Asoniam tradidit mihi Hans Matzen epistolam magistri Georgii, quæ admonet, ut quam citissime domum redirem.

Der siges, at der i denne sommer er gået 40 mennesker fra forstanden i København.

Den 27. juli 1562 kl. 7 under doktor Rasmus Glads forelæsning overkom dødsfrygt mit hjerte. Derpå voldte Djævelen åndelige anfægtelser, som Gud på min bøn fordrev.

Den 28. juli begyndte Djævelen atter på det heftigste at anfægte mig m. h. t. forudbestemmelsen og det evige liv, men jeg overvandt ham ved Kristi ord og forjættelser. Jeg sagde derfor farvel til min værtinde, betalte min regning, forlod København og kom velbeholden til Roskilde til sognepræst magister Peters hus. Om natten led jeg under forskellige anfægtelser fra Satan, af hvilke Gud ifølge mine bønner udfriede mig.

Den 30. juli kom jeg til klosteret i Ringsted; undervejs forfattede jeg et digt til kong Frederik af Danmark. Om natten havde jeg en forunderlig henrykkelse angående forskellige, som det forekommer mig, hellige ting; jeg skrev noget på væggen ved sengen.

Den 1. august kom jeg til Sorø kloster til lektor Martin, som jeg fortalte om Hemmingsens opfattelse; han vilde forsvare ham. Samme dag gik jeg omkring i kirken og læste i det græsk-latinske testamente; i gården så jeg en slange, som jeg straks trådte ihjel, og bagefter kunde jeg ikke finde den.

Den 2. august kom jeg til Antvorskov kloster, hvor jeg om natten var helt ude af mig selv. Om morgenen, da jeg var meget svag, brækkede jeg i haven mit sværd¹¹⁷. Samme dag kom jeg til Korsør og mistede undervejs nogle dalere.

I Korsør var jeg meget svag; jeg hørte det gamle fjols hr. Jens prædike, hvem jeg gav mange dalere og 18 guldstykker til opbevaring. Hvor stor troskab han i det stykke har bevist mig, derfor må han selv aflægge Gud regnskab. For jeg fik kun 12 dalere og 7 guldstykker tilbage, skønt jeg havde betroet ham mange flere.

Jeg satte over Storebælt, ikke så svært syg, og kom til Nyborg til hr. Laurentius' hus, hvor jeg overnattede. Den følgende dag lejede jeg til mig og min tjener Andreas en vogn til Assens over Odense.

Den 5. august om aftenen kom jeg syg til hr. Peters hus; på rejsen gav Hans Matzen mig i nærheden af Assens et brev fra magister Jørgen med en opfordring til snarest muligt at komme hjem.

Accepi antea 12. Julii priorem ejus epistolam sua viva manu scriptam, ut susciperem paroeciam Oxenvat. Rescripsi ei me propter causas illam paroeciam non posse suscipere, rogicans, ut intercederet pro me apud principem, ut hac excusatione esset contentus usque ad meliorem functionem. Itaque princeps fuit contentus, veluti posterior Boëtii epistola refert, quam accepi 5. Augusti.

6. Augusti infirmus transvectus sum usque Aresundt, ubi apud aquas ac littus maris prope domum Jurgen Falssen transvectoris in mea insipientia atque infirmitate exclamavi altissima voce totum regnum Daniæ et Sueciæ puniendum esse bello aliisque calamitatibus et plagis propter contemptum verbi Dei, impenitentiam ac scelera varii generis.

1562

Fol. 45,1

Ex quo spiritu hæc quasi vaticinando exclamaverim, etsi infirmus mente mea, Deus novit. Arbitror ipsemet tamen ex bono spiritu hæc esse prædicta atque pronunciata, quia eadem mala belli inter regem Daniæ et Sueciæ exorta eventum suum habuerunt postero anno 1563. Deus misereatur nostri et mitiget calamitates ecclesiæ suæ. Amen.

*

6. Augusti tentationes spirituales me variis modis jam decumbentem Haderslebi in domo fratris mei Nicolai infestarunt.

7. Augusti in morbo meo visitarunt me doctor David Milesius, magister Georgius Boëtius, Anthonius pharmacopola, Hechtius pastor aliique plures pii homines.

8. Augusti graviter ægrotavi, ut omnes de vita mea corporis desperarent.

9. Augusti preces pro me fiebant in ecclesia Christi, quod mihi profecto conduxit ad sanitatem, ut convalescere paulatim inciperem.

10. Augusti ex gratia Dei magis convalui. Sed postero die variis modis tentatus sum; ex his tentationibus Deus me liberavit.

Fol. 45,2

Sequentibus diebus mediocris fui valetudinis usque ad 6. diem Septembris ac composui aliqua pia cantica ad Fridericum regem, ducem Johannem et ducem Adolphum.

Tidligere, den 12. juli, modtog jeg det første brev fra ham, skrevet med hans egen hånd, om at overtage Oksenvad menighed. Jeg skrev tilbage til ham, at jeg af visse grunde ikke kunde overtage denne menighed og bad ham om at indlægge et ord for mig hos fyrsten, at han vilde være tilfreds med denne undskyldning, indtil der fandtes en bedre stilling. Fyrsten var således tilfredsstillet, som det senere brev fra Boie, hvilket jeg modtog den 5. august, meddeler.

Den 6. august blev jeg syg sat over til Årø sund, hvor jeg ved havet og på stranden i nærheden af færgemanden Jørgen Fallesens hus i min dårskab og svaghed med højeste røst udråbte, at hele Danmarks og Sveriges rige skulde straffes med krig og andre ulykker og slag på grund af foragt for Guds ord, ubodfærdighed og alskens misgerninger¹¹⁸.

1562

Blad 45,1

Ved hvilken ånd jeg så at sige som en spådom udråbte dette, skønt jeg var syg i sindet, véd Gud. Jeg selv mener dog, at det var ved en god ånd, disse ting blev forudsagt og udtalt, for netop disse ulykker ved den krig, som opstod mellem Danmarks og Sveriges konger, indtraf det følgende år 1563. Gud forbarme sig over os og lindre sin kirkes genvordigheder! Amen.

*

Den 6. august overfaldt mig åndelige anfægtelser på forskellig måde, da jeg endnu lå syg i Haderslev i min broder Nicolaus' hus.

Den 7. august besøgte doktor David Milesius¹¹⁹, magister Jørgen Boie, apoteker Anton¹²⁰, sognepræst Hecht og flere fromme mennesker mig i min sygdom.

Den 8. august blev jeg så alvorligt syg, at alle opgav håbet for mit legemlige liv.

Den 9. august blev der gjort forbøn for mig i Kristi menighed, som virkelig tjente mig til helbredelse, så jeg begyndte at få det lidt bedre. Den 10. august kom jeg endnu mere til kræfter. Men den følgende dag fik jeg på forskellig vis anfægtelser; fra disse anfægtelser udfriede Gud mig.

Blad 45,2

De følgende dage var jeg til den 6. september nogenlunde rask og forfattede nogle gudelige sange til kong Frederik, hertug Hans og hertug Adolph.

6. Septembris concionatus sum ex permissu domini Laurentii, qui me tamen postea calumniatus est. Post meridiem ex aliqua infirmitate denuo concionatus sum ex Symbolo Athanasii, bis adfui Jacobo Lunt, qui incarcerationatus fuit ob dementiam 7., 8., 9., 10., 11., 12. Decembris. Graviter ægrotus decubui, ut etiam de hac vita desperaverim, ac scripsi in pariete pone lectum contra desperationem: Christus hoc tibi dicit: Noli desperare; ego sum tibi via, veritas et vita. Ex hoc dicto concepi consolationem tantam, ut convalescerem ex gratia Dei.

20. Septembris tradidi Boëtio 3 codices de 6 cantionibus sanctis, ut visui præberet principi. 25. Septembris dixit Boëtius se obtulisse illa cantica principi, quæ ei valde placuisse dixit. Quo modo hoc postea per calumnias inversum sit, infra dicetur.

1562

Fol. 46,1

10. Octobris dicitur dominus Jurgen Barsø obiisse. Ideoque ex hortatu Boëtii discessi Coldingam.

11. Octobris conveni duces nostrum Johannem de paroecia Fels-torp, qui mihi benigne respondit se redditurum mihi bonum responsum juxta suam promissionem. Celebratæ sunt eo die duæ nuptiæ in arce Coldingensi: episcopi Ripensis ac filiæ magistri Pauli et alterius servi reginæ nuptiæ.

13. Octobris mane conveni Haderslebi principem nostrum de data promissione mihi servanda, qui respondit se mihi bonum responsum daturum, quippe multos annos expectavi. Cæterum mei æmulos, osos et calumniatores principem informarunt suis obtreccionibus contra me, qui nolo mihi emere paroeciam pecuniis et donis, ut alii faciunt.

14. Octobris vocarunt me in bibliothecam templi magister Georgius Boëtius, Jurgen Beir, Hieronimus Boldigk secretarii, qui rogitarunt me obnixè, ut dimitterem illam paroeciam Felstorp.

1562

Fol. 46,2

Ego tamen ursi et retinui promissionem a principe per Boëtium mihi datam. Etenim animadverti Bavarum largitione corruptum. Item eadem hora obtulit mihi Georgius Boëtius x daleros ex dono principis pro cantilenis. Cæterum hos nolui suscipere, dicens me nolle vendere tanta Dei dona. Itaque re infecta abierunt.

Den 6. september prædikede jeg efter tilladelse af hr. Laurentius¹²¹, som dog senere talte ondt om mig. Efter middag prædikede jeg i nogen svaghed igen ud fra Athanasius' trosbekendelse. To gange var jeg hos Jacob Lund¹²², som på grund af sindssyge var i fængsel den 7., 8., 9., 10., 11. og 12. december. Jeg lagde mig meget syg til sengs, så jeg endog opgav håbet om dette liv, og skrev på væggen bag sengen imod fortvivlelsen: Kristus siger til dig: Du skal ikke fortvivle; jeg er for dig vejen, sandheden og livet. Af dette ord fik jeg så stor en trøst, at jeg ved Guds nåde kom til kræfter.

Den 20. september gav jeg Boie 3 hæfter med 6 gudelige sange, for at han skulde lade fyrsten se dem. Den 25. september sagde Boie, at han havde overbragt fyrsten disse sange, som han sagde havde behaget ham meget. Hvorledes dette ved bagtalelser senere blev til det modsatte, derom vil der blive talt nedenfor.

1562

Blad 46,1

Den 10. oktober siges hr. Jørgen Barsø¹²³ at være død. På Boies opfordring rejste jeg derfor til Kolding.

Den 11. oktober opsøgte jeg vor hertug Hans angående Fjelstrup menighed; han svarede mig velvilligt, at han vilde give mig et godt svar i overensstemmelse med sit tilsagn. Den dag blev der fejret to bryllupper i Kolding: Ribebiskoppens¹²⁴ med magister Pauls¹²⁵ datter og en anden dronningens tjeners bryllup.

Den 13. oktober om morgenen opsøgte jeg i Haderslev vor fyrste angående indfrielsen af det mig givne tilsagn; han svarede, at han vilde give mig et godt svar, da jeg havde ventet mange år. Iøvrigt gjorde mine misundere, hadere og bagtalere med deres nedsættende ord hos fyrsten forestillinger mod mig, som ikke vil købe mig en menighed med penge og gaver, som andre gør.

Den 14. oktober kaldte magister Jørgen Boie, sekretærerne Jürgen Beyer og Hieronymus Boldigk mig til kirkens bibliotek og bad mig indtrængende om at opgive denne Fjelstrup menighed.

1562

Blad 46,2

Men jeg betonedede og holdt på det tilsagn, der af fyrsten var givet mig gennem Boie. Jeg mærkede nemlig også, at Beyer var bestukket. Endvidere tilbød Jørgen Boie mig i samme stund 10 daler som en gave fra fyrsten for sangene. Dem vilde jeg iøvrigt ikke tage imod, men sagde, at jeg ikke vilde sælge så store gaver fra Gud. De gik derfor bort med uforrettet sag.

15. Octobris denuo rogavit me Boëtius nomine principis, ut propter Deum Davidi ejusque matris decrepitæ causa, adhæc propter paupertatem dimitterem illam paroeciam, quod et frater atque soror Anna suaserunt esse faciendum, ne offenderem principem. Rogarunt itidem, ut 10 daleros acciperem. Persuasus tandem dimisi illam paroeciam Felstorp Davidi, filio Georgii Barsø, propter Deum et ægestatem eorum filiorum. Quippe ipsemet princeps oretenus me ter rogavit, ut propter Deum dimitterem. His sollicitationibus superatus dimisi illam Davidi, qui vere mihi ingratus est pro hoc beneficio. Interea promissionem principis mihi integram servavi ac inviolatam, audientibus Boëtio, Hieronimo ac Bavaro. Divisi panem meum proximo.

1562

Fol. 47,1

Sed postea ad me relatum est Boëtium invertisse verba mea coram principe inquiring me totam promissionem una cum paroecia dimisisse, quod nequidem cogitavi. Tanta fuit fides aulica istius Boëtii, qui aliquoties mihi elevatis digitis adjuravit his verbis fidelitatem suam: Dispeream in æternum anima et corpore, si non ero tibi semper tam fidelis, atque pater debet esse filiis suis. Hanc levitatem necnon malitiosam infidelitatem non cogitassem in Boëtio fuisse, nec volui rumori isti fidem habere, priusquam ipsum principem allocutus essem.

Ideoque 21. Decembris allocutus sum principem mane, qui respondit me totum dimisisse meque nolle in ditione ejus permanere. Nimirum sic verba mea invertens Boëtius informavit principem. Ego negavi me dimisisse promissum de prima bona paroecia accipienda, quod testabor Hieronimi et Bavari testimoniis. Respondit princeps: Servabo, quod promisi. Alio die ostendi principi epistolas Boëtii, multa illi revelans. Respondit: Ich had das nicht gleubt! Tanta infidelitas Boëtii est, etsi lingua ejus mihi dulcissima promittit. Proinde probavi Boëtium de me hoc mentitum esse testimoniis Hieronimi et Bavari. Itaque his præsentibus dixi Boëtio, quod impie et insidiosè mecum ageret.

Den 15. oktober bad Boie mig igen på fyrstens vegne om for Guds skyld at give afkald på denne menighed til fordel for David og hans alderssvage moders og desuden hans fattigdoms skyld; også min broder og min søster Anna rådede til, at dette burde gøres, for at jeg ikke skulde fornærme fyrsten. De bad mig ligeledes om at tage imod de 10 daler. Endelig blev jeg overtalt og gav for Guds og disse sønners armods skyld afkald på denne Fjelstrup menighed til fordel for David¹²⁶, Jørgen Barsøs søn. Fyrsten selv havde nemlig tre gange mundtlig bedt mig om for Guds skyld at give afkald på den. Overvundet af disse indtrængende henstillinger gav jeg afkald på den til fordel for David, som er rigtig utaknemmelig mod mig for denne velgerning. Imidlertid opretholdt jeg for mit vedkommende i Boies, Hieronymus' og Beyers påhør fyrstens tilsagn fuldt og ubeskåret. Jeg delte mit brød ud til min næste.

1562

Blad 47,1

Men senere blev der fortalt mig, at Boie hos fyrsten havde vendt mine ord om og sagt, at jeg sammen med menigheden havde givet afkald på hele tilsagnet, hvad jeg aldrig har tænkt på. Så stor var hoftraskaben hos denne Boie, som ofte med oprakte fingre havde tilsvoret mig sin troskab med følgende ord: »Lad mig gå evig fortabt med sjæl og legeme, hvis jeg ikke altid vil være dig så tro, som en fader skylder sine børn at være.« Jeg havde ikke tænkt, at der hos Boie fandtes en sådan karakterløshed og endda ondsindet troløshed, vilde heller ikke tro på dette rygte, før jeg havde henvendt mig til fyrsten selv.

Den 21. december¹²⁷ om morgenen henvendte jeg mig derfor til fyrsten, som svarede, at jeg havde givet afkald på alt og ikke vilde blive i hans område. Uden tvivl havde Boie underrettet fyrsten og fordrejet mine ord på den måde. Jeg nægtede at have givet afkald på tilsagnet om at få den første gode menighed, hvilket jeg vil bevise ved Hieronymus' og Beyers udsagn. Fyrsten svarede: »Jeg vil holde, hvad jeg har lovet.« En anden dag viste jeg fyrsten Boies breve og åbenbarede meget for ham. Han svarede: »Det vilde jeg ikke have troet!« Så stor er Boies troløshed, skønt hans tunge lover mig de skønneste ting. Jeg beviste således ved Hieronymus' og Beyers udsagn, at Boie havde løjet mig dette på. Derfor sagde jeg i deres nærværelse til Boie, at han handlede samvittighedsløst og svigefuldt mod mig.

Habita occasione describam ipsius φιλαυτίαν, πλεονεξίαν καὶ κακοήθιαν, κενοδοξίαν, φιλαργυρίαν καὶ ἀφιλαγαθίαν, etsi me insigniter contemnit dicens: Sus grunnit. Postremo agnoscens suum lapsum conabatur me sibi reconciliare. Ego autem personam ejus amo, peccata vero et insidias ejus non possum amare vel laudare. Maledictus, qui confidit hominibus, ut non cuilibet fidem habeam.

1562 16. Novembris peperit noctu Kerstina filiolum, qui vocatus est Nicolaus Troulssen, qui fortasse 9. Februarii 62 est conceptus.

17. Novembris noctu obiit diem doctor David Milesius ejusque funus sepultum est 19. Novembris.

27. Novembris dixit Boëtius mihi, quod eximie placerent principi cantica mea, sed nondum tradita esse regi et Adolpho. Hinc suspicor Boëtium moliri, ne perveniant illa cantica ad manus eorum principum, quibus dedicata erant, ne mihi aliqua gratia et beneficentia vel honor contingeret.

19. Decembris misso puero dixit Boëtius me sibi obtrectare, quod negavi inquam: Dicam tibi in faciem, quod conatus sis mihi surripere promissionem principis.

4. Januarii rixatus est mecum frater tam acriter, maledictionibus adhibitis, ut vesperi ad domum Hans Busch pernoctandi gratia exirem. Antea mecum sæpe altercatus est pro exhibitis beneficiis, ut et postea.

3. Februarii scripsit Henricus Platman ad suum affinem de parocia.

6. Februarii baptizatus est infans Vencislai Wobezer; vocatus est Johannes.

26. Martii allocutus sum principem de dato promisso servando, qui benigne mihi respondit. Cæterum multi mei in aula sunt calumniatores atque osores, qui perperam omnia interpretantur ac suadent in pejus. Deus mihi optime prospiciet. Amen.

